

compensationem, ea uti non potest, & solvere teneret debitum suum. Qui juravit se soluturum debitum, non expresse cedens iuri compensationis, quia ille immoratur, ea uti potest. num. 309.

91. Quae hucusque dicta sunt, praecipue currunt de compensatione propria, applicari tamen possunt, proportione servata, etiam impropria; que vero sequuntur ad impro priam compensationem spectant, licet proportione servata, etiam propria compensationi convenient. Conditions pro lictio, usu compensationis, sunt fex. Prima. Quod non plus per compensationem autetur, quam quod debitum erat. Secunda. Quod non fiat compensatione in bonis, que debitoris non sunt. Tertia. Quod debitum sit certum, & liquidum. Quarta. Quod compensatio non sit in damnum debitoris, vel alterius; videlicet quod non iterum solvere cogatur, aut remaneat in mala fide, aut alteri impetratur rei ablato. Quinta. Quod compensatio non fiat, nisi pro re debita ex iustitia. Sexta. Quod occulta compensatio propria autoritate non fiat, nisi quando debitum per interpellationem iudicis, aut alia via commode recuperari non possit; dummodo, abique scandalo, aut periculo, infamie propriae, aut alterius prejudicio fiat. Tract. 13. cap. 1. num. 310. &c. Excommunicatione lata contra furtum committentes, non comprehendit eos, qui iusta compensatione utuntur. n. 314.

92. Famuli, & famulæ domesticae non possunt occulte subripere heris suis, ad compensandum operam suam, quam maiorem judicant salario, quod recipiunt. Quare qui libera, & spontanea voluntate cum domino pacificuntur de mercende, aut stipendio inferiori eo quod debetur, eo quia supplex petit quis recipi, obsequium, quem dominus non recliperet: nequeunt taliter pacientes, ut compensatione occulta. Ceterum cum aliquo pacto explicito obsequium suscipitur, illud cenetur justum stipendum, quod lege, vel coniunctudine taxatum est.

Si dominus tacite, vel expresse aliquid famulo promisit, & non præstat, poterit famulus sibi occulte compenari pro affermatione ejus, quod promissum fuerat: similiter si dominus occupat famulum alii horis, vel ministeriis, quibus non tenetur. Denique si ex necessitate cum stipendio inferiori suum locavit obsequium, quia dominus amplius dare noluit; abique animo tamen condonandi id fecit, ne amitteret vita fustigationem: aut etiam si condonavit, fuit tamen paucum injustum, & infra limites iusti stipendi, poterit per compensationem reduci ad aequalitatem. n. 315. 316. 317. Habens debitum certum, & creditum tantum probable, licet aliciae conditions non defint, compensatione uti negat. Generaliter loquendo ut non licet compensationem, quando opinio debitoris, & creditoris sunt aequas probables. In aliquibus, tamen particularibus casibus, prout afferunt graves Doctores, cum aequali probabilitate uti licet, scilicet suo loco dicetur. In omnibus autem casibus, cum opinione probabili, quod res mihi debetur, compensatione uti possum; quod enim probabilis est, humano modo, & moraliter certum est. n. 319. 324.

C A P U T IV.

De contractibus.

f. I.

De contractibus in communis.

93. Contractus alias est absolutus proprius, & perfectus, & hic definitur quod sit *Utro*, *citroque obligatio*. Alius est imperfectus, improprius, & late sumptus, qui cum pacto coincidit: & est *convenitio duorum, obligatione factum in altero parvus*. Tract. 14. cap. 1. num. 2. Contractus perfecti, & absoluti dividuntur in nominatos, & innominatos. In nominatis sunt qui proprio nomine ca-

rent.

cum instrumentum. num. 4. Quatuor modis perficitur substantialiter contractus: confitent quomodolibet expreso, determinata forma verborum, scriptura, & rei traditione. Rei traditione perficiuntur donatio, depositum, mutuum, commodatum, & pignus. num. 5. In contractibus, qui solo reciproco confitentur, alter sine alterius confitenti resiliere non potest. In iis, qui scripturam perficiuntur non obligantur contrahentes ante illam, ea vero confecta, neque sine mutuo confitentur resiliere. In iis vero, qui rei traditione perficiuntur, antequam res tradatur potest alterius resiliere, non autem postea. Ceterum quia regula obligationis est contrahentium intentio, maxime in contractu explicata: si aliter convenient, eorum intentioni standum est, & etiam confuetudini, & legibus municipalibus. num. 6. Solis signis externis, absque animo contrahendi, non perficitur contractus obligationem in conscientia inducens. n. 7.

94. Contractus in communis sumptus est vel explicitus, & formalis; vel implicitus seu virtualis. Ille est, in quo duo, verbis, vel signis exprimitur contentum in idem, convenient. Implicitus vero, in quo tantum, ex vi legis, vel consuetudinis datur conventio, ratione officii &c., ut inter Tutorum, & pupillum; & hic non est proprius contractus, sed quasi contractus. Dividitur quoque in lucrativum, & onerosum: nudum, & vettitum. Contractus lucrativus est, in quo nihil rependitur, ut promissio, donatio, legatum, commodatum: onerosus, in quo aliquid pro eo quod datur solvi debet, vel præstari, ut empito &c. Nudus contractus, seu paup. est, quod omni firmitate caret, & in mera conventione confitit: vettitum est contractus, cum aliquid addit, unde iure Civili, vel Canonico roboratur; ut si sit ex altera parte impletus: si accedit formula stipulationis, aut publi-

tas.

95. Probabilis est omnes contractus, metu gravi celebratos, tam jure naturæ inspecto, quam positivo validos esse: exceptis aliquibus, qui jure positivo nulli sunt, si ex metu gravi procedant, nempe matrimonium, sponsalia, dotis promissio, & solutio, electio Praefati, auctoritas Tutorum, promissio vel traditio rerum Ecclesiasticarum, vota quæcumque, iuridictione, aut prorogatio iurisdictionis. Tract. 14. cap. 1. num. 11. 12. Licet jure naturæ, aut positivo, contractus ex metu gravi celebratus irritus non sit, est tamen irritabilis ex parte metum patientis, cui datur actio in foro externo, contra eum qui metum incusit, five contractus fuerit lucrativus, five onerosus. num. 13. Facto contractu ex metu injusto dante causam illi, si licet bona fide res transeat ad alium possessorem, ab eo qui metum pati- bus est repeti potest. n. 15.

96. Dolus aliquando fumitur pro fœleria, & sic est habitus ad inveniendum de repente quod congruit. Aliquando fumitur in malam partem, & est calidus,

tas, fallacia , machinatio ad circumveniendum , fallendum , & decipendum alterum adhibita . Calliditas est in animo: fallacia in verbis falsis : machinatio in verbis artificiosis ad decipendum ordinatis . Dolus proprie dicitur quando calliditas , & fallacia est ex parte venditatis . Et quia dolus , & error aequo pauci currunt ; quod de uno dicitur , etiam de alio intelligendum est . Tract. 14. cap. 1. num. 17. Dolus , sive error est vel circa substantiam rei , vel circa accidentia . Circa substantiam est , si virginitas pro aequo emas : si contraxisti matrimonium cum Berta , putans contrahere cum Paula . Circa accidentias est , cum v. grat. volebas rem emere , sed non tali pretio : si contraeras matrimonium cum paupere , quam putabas divitem ; vel cum corrupta putansas esse virginem . Kurius error , & dolus potest esse concomitans , & non dans causam contractus ; quia etiam agnita veritate , adhuc fieret ; vel antecedens & dans causam contractus : quia co-deceto non celebraretur contractus : & potest procedere a quolibet contrahentium , vel ab alio tertio . num. 18. Si dolus , vel error si circa substantiam rei , a quoque procedat , ex natura sua reddit contractum nullum , sive sit antecedens , sive concomitans . num. 19. Si non sit circa substantiam , & sit tantum concorditans , non dans causam contractus , validus est contractus , etiam si deceptio sit ultra dimidium : verum si deceptio sit ultra dimidium , contractus recindibilis est ex parte decepti ; cui datur actio pro foro externo . In foro autem conscientiae debet contractus reduci ad aequalitatem , etiam si deceptio sit infra dimidium . n.20. Si non sit circa substantiam , sed circa qualitates rei , det tamen causam contractus , probabilitas est esse adhuc validum contractum : verum si ex natura sua recindibilis est , recindit debet ad beneplacitum ejus , qui deceptus est . n.21.22.

97. Conditiones contra substantiam contractus , tam matrimonium , quam omnes alios contractus , nullos & irri-

tos reddunt . Tract. 14. cap. 1. num. 23. Conditiones de futuro , nam illas que sunt de praesenti , vel de praeterito non sunt verae conditiones ,) alias sunt necessariae vel ex natura rei ; ut si cras sol orientur ; vel ex suppositione decreti divini contrahebitus noti , ut si Antichristus venerit ; Aliæ sunt generales , quae omnibus infinit contractibus , ut si virginitas &c. Aliæ impossibilis , vel ex natura rei , ut si terges eolum digito ; vel ex jure positivo , ut si pupillus ab lique Tutoris consenuit contrarerit ; vel ipso facto , ut si cum inope loquens diccas , si dederis mihi mille aureos ; vel ex suppositione , ut si ei , cuius pater obiit , diccas , si vixerit pater tuus : Aliæ contingentes , quarum quedam honestas sunt , & sine peccato impleri possunt ; quedam vero turpes , qua sine peccato impleri non possunt . n. 24.

98. Conditiones necessariae ex natura rei , aut ex suppositione decreti divini , non suspendunt contractum , sed cum ab solutum relinquunt , & habentur pro impletis . Idem dicendum de conditionibus generalibus , nisi alter ac omnibus contractibus infinit , contractui apponantur ut contrario tecum si probaveris te consentum præbuisse . Tract. 14. cap. 1. num. 25. 26. Conditiones impossibilis , ut tales cognite , & serio appositæ irritum redundant quemcumque contractum . At si non confit de intentione contrahendi , an tali conditioni voluerit suum alligare contentum ; tunc ipsa conditio impossibilis , pro foro interno , & externo ex speciali iuri dispositione rejicitur tantum a matrimonio , a sponsalibus , & ultimis voluntatibus , & habentur pro non apposita : & idem dicendum de conditionibus turpibus ; ideoque si quis contrahat sponsalia cum Berta sub conditione , si tui corporis copiam sibi fecerit , & non confit de intentione , qua voluerit suum contentum tali conditioni alligare ; judicandum est , cum absolute sponsalia contraxisse . num. 27. Verum conditiones turpes , & impossibilis , sive ex natura rei , sive ex suppositione , sive physe , sive moraliter , quia non pos-

possunt apponi absque peccato , adiecta reliquis contractibus , præter enumeratos , (si nos constet eas ex joco appositas , & non serio ,) eos in utroque foro nullos , & irridentur . num.28. Contractus sub conditione contingentie de futuro licita , & honesta , ante , vel in ipso contractu apposita , suspenditur usque ad illius eventum ; & statim a conditione impletur , fit absolutus abique novo consenserit , juxta probabilitem sententiam , dummodo prior consensus non fuerit retractatus . num. 29. 30. Si conditione adjiciatur ut modus , seu tamquamonus contractui appositus , contractum non suspendit , sed absolutus evadit , cum onere tamen imposito , si sit de re licita , vel rejecto , si sit de re illicita . n. 31.

99. Triplex est obligatio : naturalis , civilis , & honoraria , seu antidora . Naturalis in contractu oritur ex iustitia , & obligat sub gravi . Civilis est pro foro externo , in quo datur actio , & exceptio aduersus obligatum in favorem alterius . Antidora obligat tantum ex fidilitate , & veritate , quia homines honorari solent verbum suum implore . Tract. 14. cap. 1. num. 32. Jure naturæ nemo ut rationis carens , aut bonorum suorum liberam administrationem non habens , habilis est ad contrahendum . num. 33. Jure positivo prodigus , per sententiam judicis talis declaratus , inhabilis est ad contrahendum , etiam si interdicta non sit bonorum administratio , vel assignatus Tutor . num. 34. Servus naturaliter obligari potest , minime tamen civiliter quandiu servus est . num. 35. Princeps supremus cum suis subditis contrahere potest , & naturaliter obligari , non vero civiliter . Tutor , aut Curator , durante tutela , vel cura nequeunt cum pupillo , vel minore repulsive contrahere . num. 36. Executores testamentariorum nequeunt res sui defuncti emere , nisi ex judicis autoritate , vel coexecutoris consensu : & generaliter omnes administratores nequeunt emere res quas administrant , nec circa eas alium contractum habere . n.37.

Pars I.

100. Tutor ille est , qui pupillo ad curam , & custodiam illius , & administrationem bonorum assignatur . Curator est , qui minori ad eundem finem adiicitur . Pupillus est , qui pubertatem natu-
ras non est : quæ in vijs decimoquarto , in famulis duodecimo anno habeatur . Minor est , qui pubertatem natu-
ras est , sed 25. annum nondum implevit . Proximus pubertatis mas dicitur , a 10. ad 14. annum : feminina a 9. cum dimidiad ad 12. Infans est , sive mas , sive femina ante 7. annum . Filius familiaris ille dicitur , qui est sub patria potestate , antequam emancipetur . Res mobiles que servando servari possunt dicuntur illæ , que ultra trienium conservari possunt ; ut pecunie gemme &c. Tract. 14. cap. 1. num. 38. Tam minor , quam pupillus etiam non proximus pubertati , & filius familiaris , si sint dolii capaces , possunt naturaliter obligari per promissio-
nem , vel aliud pactum , de bonis quo-
rum habent administrationem absolutam , ut sunt quæ a parentibus , vel Tutoris suis dantur ad libitum expendenda , necnon bona castrænsia , aut quasi ca-
strænsia . Poterit tamen uterque si laetus sit , ut beneficio restitutio in integrum ; & poterit pater , aut Tutor ante puberitatem tales contractus rescindere . num. 39. Minor , & pupillus , sive Tu-
torem seu Curatorem habeant , sive non
habent , nec civiliter nec naturaliter
obligari possunt de bonis immobilibus ,
vel mobilibus quæ servando servari po-
sunt , nec ea alienare nisi ex justa cau-
sa , nempe ad solvenda debita , vel ob
alimenta , & cum auctoritate Judicis ; &
alienatio alter facta irrita est , & nulla-
licit Tutoris aut Curatoris adit consen-
sus . n.40.

101. Circa alia bona mobilia , que ser-
vando servari non possunt , minor , si
Curatore careat , potest & civiliter , &
naturaliter obligari ; sed si laetus sit , be-
neficio restitutio in integrum uti po-
test : pupillus vero , etiam pubertati pro-
ximus , nequit civiliter obligari : potest
tamen in proprium commodum sibi al-
terum obligare . Minor , & pupillus ha-
bent .

subdum Curatorem seu Tutorem, ex ilius auctoritate, in rebus mobilibus quae servando servari non possunt, possunt contrahere, & tum civiliter, tum naturaliter obligari. Quod si abfque tali auctoritate contrahant, licet alios sibi in proprium communum obligent, ipsi tamen civiliter minime obligantur. Potest tamen qui cum minore sic contraxit, non implere contractum, donec Curatoris auctoritas, vel iudicis decretum accedit, ubi fuerit necessarium; nisi juramento contractum firmaverit. *Tract.* 14. cap. 1. num. 41. Verius est minor & pupillum, sive Tutoris, seu Curatoris respectiva auctoritate contrahentes de bonis mobilibus, quae servando servari non possunt, naturaliter obligari: ac proinde ab ipsis recipientem, non teneri ante iudicis sententiam rem ab ipsis acceptam restituere: & loquimur de pupillo proximo puberatu, cum extraneis contrahente; nam si cum ipso Tutor contrahat, certum est nullo modo obligari. num. 42. 43. Filii familiis de bonis calrenibus, aut quali calrenibus, & civilitate, & naturaliter obligari possunt. Ex consenseru autem patris valide possunt alienare bona adventitia, vel profectitia: (nisi immobilia sint, aut mobilia pretiosa, que servando servari possunt; quia pro his, etiam iudicis sententia requiritur:) sufficit autem tacita patris licentia. Denique obligari potest filii familiis, contractu innominato: facio ut facias: factio ut des: etiam sine consenseru patris; & tunc obligabitur saltus naturaliter, dummodo non sit in prejudicium patris, vel alterius. n. 48.

102. Contractus abfque solemnitate subfstantiali lege pro eius valore assignata celebratus: omnino invalidus est, etiam in foro conscientia, & ante omnem Judicis sententiam, juxta probabilem opinionem. *Tract.* 14. cap. 1. num. 51. Ex hoc sequitur non posse haeredem, aut legatarium, testamento minus solemnem institutum, hereditatem, vel legatum procurare, vel adeptum retinere, quia tale testamentum se-

cundum hanc sententiam, invalidum est: & si aliqua via haereditatem, vel legatum adipiscatur; poterit haeres ab intestato uti compensatione occulta, quae probabilem opinionem habent, licita est. num. 52. Dupliciter contractus dicitur juramento firmari: vel quia eras ad nutum contrahentis, vel alterius revocabilis: vel quia ipso iure nullus, & invalidus erat, & addito iuramento, firmus & validus sit: & neutrum habet ex iure naturae, sed tantum positivo. Praeterea aliud est juramentum valere, & manere jurantem coram Deo obligatum; aliud vero confirmare contractum: nam in primo casu, nullum alteri iure acquiritur, & remanet contractus prout erat validus vel invalidus; & potest sine prejudicio tertii relaxari: erit autem qui juravit perjurio, si non obseruet, non vero iniurio. At si juramentum confirmet contractum, redditur contractus irrevocabilis ratione jura menti; & iurans obligatus remanet, non solum ex Religione, sed & ex iustitia. Et si relaxationem gravi de causa obtineat; haec solum praefat ut possit in iudicio agere circa valorem contractus. n. 55.

103. Juramentum confirmans contractum validum, relaxari non potest; etiam a Summo Pontifice, sine urgenti, & extraordinaria causa, propter jus alteri acquitum: & huius juramenti obligatio transit etiam ad haeredes. Si vero non confirmet contractum, relaxari potest, nec obligatio transit ad haeredes, quia vel solum est personalis, vel realis erga Deum. *Tract.* 14. cap. 1. num. 56. Quoties contractus a iure irritatur, vel irritabilis, & rescindibilis redditur in odium creditoris, juramento non firmatur: ut cum quis juravit dare 100. latroni: aut usurario solvere iurias: aut cuicunque ex metu gravi quid promisit sub juramento. Item quando contractus, ob bonum publicum reprobatur a iure, nec juramento firmatur, nec ipsum juramentum validum est, sed nullum: ut si quis ex metu gravi contraheret sponsalia, eaque juramento fir-

statis redintegratio. Locum habet quando contractus fuit quidem ratus meror, & secundum communem juris formam; sed in favorem laei, & auctoritate judicis, in irritum revocatur. Hoc beneficium precipe concessum est minoribus, si ante quam 25. annum compleverint, damnum accepert in aliquo contractu, non satis prudenter, & circumstet facto, juramento non firmatur: quia ex natura sua ante acceptancem revocabilis est. n. 59.

104. Quando actus talis est, ut ipse, vel promisio ratificationis, aut non revocationis illius inducas obligacionem naturalem, juramento firmatur, etiam si alias iure civili sit irritus vel irritabilis, nisi vis, aut fraus intercesserit: si vero frans, vel metus detur, aut alias nulla ex contractu obligatio naturalis confurgat, juramentum, quamvis alias validum, & coram Deo adimplendum, tamen contractum non confirmat. *Tract.* 14. cap. 1. num. 70. Hinc sequitur juramento firmari, siueque irrefundibilis contractus minorum, abfque consenseru Curatorum cura res mobiles, quae servando servari non possunt: donations inter patrem, & filium non emancipatum; & inter virum, & uxorem: promissionem solvendi, vel non repetendi; quod credito quis amisit ex ludo non vetito: fideiunctionem mulieris per publicum instrumentum renunciationem successionis in paterna haereditate: promissionem instituendi hunc haeredem, non revocandi testamentum, ror solvendi in paenam si revocaverit: donationem omnium bonorum presentium, & futurorum, & denique omnia pacta nuda. E contra vero minime juramento firmari contractus minorum, aut pupillorum de re immobili, abfque auctoritate iudicis celebratos: contractus prodigi, cui assignatus est Tutor, abfque eius consenseru factos: contractus in quibus non servata fuit solemnitas substantialis: & denique omnes illos, ex quibus obligatio naturalis non confurgit. num. 72. 73.

105. Restitutio in integrum, est prioris

E 2 x-

restitutionis in integrum: Si rem magni momenti donavit, sine rationabili causa: Si Iesu est in quasi contractu, quia v.g. lucrofam repudiavit hereditatem, vel damnofam acceptavit, vel partem deterioram elegit. n.76.

106. Minor beneficio restitutionis in integrum uti non potest: quando contractus prudenter celebratus sicut ab eo: quando contractum in minoritate initum, jam factus major ratificavit: si contraclum juramento firmavit; dummodo vi, aut dolo non fuerit coactus jurare; quia tunc poterit juramento relaxationem obtinere, & postea beneficio restitutionis uti: si fecit renunciationem honorum, ante professionem, juxta formam Tridentinam. Tract. 14. cap. 1. num. 77. Si res alienata fuit a minore contractu gratiolo, restituiri debent etiam omnes fructus percepti, deductis expensis. num. 78. Minor cui solutio legitime facta est, potest tuta conscientia uti beneficio restitutionis in integrum, & iterum repetere illam propter periculum fraudis, licet nulla fraus de facto detur. num. 79. Hoc beneficium conceditur etiam Ecclesiis, & aliis p[ri]is locis, ut Monasteriis, Hospitalibus &c. que sicut minoris possunt restituiri post 4 annos a celebrato contractu, & etiam ultra quadriennium si Ecclesia enormiter lata sit ex contractu. Minime tamen convenient hoc privilegium Ecclesiasticis particularibus, in suis privatis contractibus privato nomine factis. Conceditur etiam Reipublica, & cuivis oppido. Similiter supremis Principibus, quod bona Principatus. Interdum etiam rudibus, ut rustiscis, & mulieribus. Ac denique militibus, tempore quo sunt in bello. Absentibus vero causa Reipublica, conceditur tantum quod prescriptionem, ne procedat contra ipsos. n.80.

S. II.

De emptione, & venditione.

107. *Emptio, & vendatio est contractus, in quo de merce determinata, pro determinato prelio pacificior, duorumque consenserunt completur.* Tract. 14. cap. 2. nu. 1. Traditio rei non est de essentia hujus contractus: verum si inter contrahentes conveniatur ante ipsam venditionem de confiencia scriptura, de re tradenda, de pretio solvendo, non perficitur contractus usque dum apposite conditiones impleantur. n.45. Ante rei traditionem, dominium per emptionem & venditionem non transfertur; sed emptor acquirit solum ius ad rem, etiamque pretium solutum sit. num. 6. Immo licet vendatio perfecta sit quoad substantiam, & res tradita emptori, non transfertur in eum rei dominium, quoque solvit pretium, aut alio modo satisfaciat venditori, nimis vel offrendo pretium, vel dando fidejussionem, aut pignus; nisi vendor illi fidat, & pretium pro soluto habeat. num. 7. Res in solidum vendita duobus emptoribus, si nulli tradita est, debetur priori emptori: si autem priori solum vendita erat, secundo vero etiam tradita fuit, secundo debetur, quia non solum ius ad rem per emptionem, sed etiam ius in re, & dominium eius per traditionem acquisivit. num. 8. Quod si primus emptor habeat ex iure privilegii, ut res empta, fine traditione transeat in ejus dominium, ut habent Ecclesiaz, loca pia & Civitatis; etiam secundo emptori tradita est, debet emptori privilegiato reddi; quia secundus per traditionem rei, obstante alterius privilegio, dominium minime acquisivit. Idem dicendum de emptore cui res hypothecata erat in securitate contractus. num. 9. Si aliquis ex emptoribus privilegiatis, vel secundus emptor, cui res tradita fuit, mala fide procoferint, qui confici prioris contractus rem emerant, poterit prior emptor ab illis rem evincere tanquam in frau-

dam

deni ipsius alienatam, sponte tamen priori emptori rem tradere non tenentur, nisi inducerent venditorem ad vendendum ipsi; si autem non fuerint confici prioris contractus, non poterit prior rem evincere, nisi ei debeatur ex titulo onero, secundus vero ex titulo gratiolo, eam possidet; Donatarius tamen rem intra tempus a jure statutum exegerit. nu. 9.

108. Supposita venditione ita perfecta quoad substantiam, ut non sit liberum partibus resilire, & re tradita; licet pretium nondum solutum sit, dummodo tamen pro soluto habeatur; si res pereat, certum est apud omnes, ipsi emptori perire. Si res vendita, & nondum tradita determinata fuit in specie, ut dicunt iuris, vel in individuo, ut dicunt Theologi, ut hic equus, hoc triticum horreum, hoc vini dolium &c., & vendita fuit ad corpus, sic dicendo: vendo tibi hoc vini dolium 30. argenteis: si pereat, vel effundatur, emptori perit, & effunditur. Si vero vendita fuit ad mensuram, dicendo: vendo tibi hoc vini dolium 3. argenteis pro qualibet mensura; si ante mensuram perit, venditori perit; dummodo emptor non fuerit in mora, ne constituto tempore metieretur. Quando res vendita fuit in genere, non vero in specie, sive in individuo, ut si verb. grat. dicatus: vendo tibi tota mensura tritici, tota oves &c. si pereat, venditori perit, emptore retinente ius, non in aliquod determinatum individuum, sed ad genus, ut sibi aliunde suppletatur; nisi convenerint, ut oves de illo grege, qui postea periret, tradarentur. Tract. 14. cap. 1. n.11. 12. Licet rei indeterminata, & vendita ad mensuram, periculum quoad substantiam pertinet ad venditorem; augmentum tamen, vel decrementum pretii pertinet ad emptorem; ita ut si interim ablique culpa venditoris fiat deterior, vel fiat melior, emptori fiat; & si tempore traditionis decrevit in pretio, in damnum emptoris decrevisse censetur. n.13.

109. Fructus rei vendita pendent

ab arbribus, (si contractus non dissolvatur,) secundum valorem, quem habent quando res venditur, certum est pertinere ad emptorem, etiam antequam tradarur res, & solvatur ab emptore pretium; quia fructus pendent, tempore contractus sunt pars rei emptae. Fructus rei ex ipsa proveniente polo contractum, & post ipsum rei traditionem, si solutum sit pretium, vel pro soluto habitum, vel ab emptore oblatum, vel data fidejussione, ex communi sententiâ pertinent ad emptorem. Immo etiam ante ipsius rei traditionem, & ante solutum pretium, eti[us] emptor sit in mora solvendi, nec cautionem dederit; si res vendita sit ad corpus, probabilius est, tales fructus pertinere ad emptorem; quia æquum est ut rei fructus percipiatur, qui ejusdem rei periculum, juxta superius dicta, in se sufficiat. Tract. 14. cap. 2. num. 14. 15. 17. 18. Probabilius est non posse, abique peccata ultræ, venditorem pro dilatatione solutionis pretii, fructus rei, vel interesse percipere, vel id in paucum deducere; nisi vendor, ratione dilatationis prædictæ, aliquod damnum emergens, vel lucrum cessans patiatur; nam dilatio solutionis æquiparatur mutuo. num. 19.

110. Quatuor modis dissolvi potest contractus. Primo. Si contractus celebratus fuit cum pacto adhesionis in diem, hoc modo: Vendo tibi domum hac lege, ut si intra annum alius meliore conditionem obtulerit, domus sit inempta; vel cum pacto legis commissoria, ut: Vendo tibi domum, hac lege, quod si intra annum pretium non solvas, domus sit inempta, & nullus contractus: & uteque ille contractus celebrari potest verbis declarantibus contractum, ipso facto esse nullum, ut in præmisitis exemplis; vel verbis declarantibus contractum dissolvendum, tempore designato; ut si dicatur: vendo tibi domum hac lege, ut si intra annum pretium non solvas, contractus ex tunc, seu completo anno dissolvatur. Secundo. Si celebretur contractus cum pacto

re-

retrovenditionis , ut si dicas : do tibi pecunias pro domo , quam emo ea legge , ut quandocunque reddas , dominum tibi iterum vendam . Tertio . Si penitentia prioris contractus , & mutuo consenserit rescindatur . Quarto . Si vendito facta sit sub conditione , & conditio non impleatur . Tract. 14 cap. 2 num. 21.

111. Quando venditio celebrata fuit cum pacto adhesionis in diem , vel cum pacto legis commissoriae verbis directe , & discrete , contractum ipso facto nullum esse explicatum , fructus medio tempore percepti , id est a die contractus , usque ad rei traditionem , & pretii satisfactionem , pertinent ad venditorem ; venditio enim his pacis celebrata , ita se habet ac si celebrata non esset , ejusque dissolutio ad diem celebrationis retrotrahitur . Si vero verbis obliquis dicti contractus celebrantur , seu verbis declarantibus contractum disolvendum , tempore designato , pertinent ad emptorem . Tract. 14. cap. 2. n. 22. Si cum pacto retrovenditionis contractus venditionis factus est , fructus medi temporis , scilicet a venditione ad retrovenditionem percepti , pertinent ad emptorem ; percepti vero post retrovenditionem pertinent ad primum venditorem . Idem dicendum si venditio mutuo consentientis dissolvatur . Sic etiam si rescindatur , quia empator deceptus sit ultra diuidium iusti pretii . num. 23. Si venditio celebrata fuit , sub conditione , ea non impleta , fructus medi temporis spectante ad venditorem , etiam res tradita sit emptori , quia venditio fuit nulla , & per traditionem rei acquisitionum fuit tantum dominum conditionatum . Si vero impleta sit , pertinent ad emptorem ; qui contractus sub conditione iniuitur , ea impleta , retrotrahitur ad diem celebrationis . Quidam tamen intelligitur de conditione casuali pendente ab eventu fortuito ; non vero de conditione potestativa , cuius adimpletio ab emptoris voluntate dependet . ut : si hoc , vel illud fereris &c. ; cum enim haec imponatur ad sollicitandum emptorem , fructus que-

qui-

dios percipere non debet , ut citius moveatur ad adimplendum , & ideo pertinent ad venditorem . n. 24. 25.

112. Omnes , quos sect. 99. & 100. licite , & valide contrahere posse diximus , etiam vendere , & emere valide , & licite possunt . Quare nec executores testamentorum res defuncti ; nec Tutores , aut Curatores res pupillorum , vel minorum emere possunt . Infuper judices , & eorum ministri in loco sua jurisdictionis emere non possunt , five per se , five per interpolatam personam , nisi necessaria ad ultimum quotidianum . Tract. 14. cap. 2. n. 26. Regulariter nemo invitus cogi potest vendere rem suam . Poterit tamen a publica potestate ad id cogi , si hoc expediat publico bono . num. 27. Generaliter omnia vendi possunt , quorum quis habet dominium , & liberam administrationem , & pretio estimabili sunt : nisi adit specialis prohibito , vel circumstantia venditionem invalidam , aut illicitam reddens . Quare omnia iura , actiones , & res materiales vendi , & emi possunt . Haec institutus , hereditatem nec in totum , nec in partem , vivente testatore ipso , vendere potest : & si ante mortem testatorum venderit , venditio ipsa irrita est , & nulla ; impetrata ipso hereditate privatur , & applicatur Fisco : si tamen testator ipse consentiat , & licita erit , & valida . Res publicae ut forum , platea , &c. vendi non possunt a privata persona , etiam si venditio referatur in tempore quo haec bona erunt private persona : possunt tamen a Republica Rege , vel Principe vendi , dummodo absque notabilis publico detimento . n. 28. Res spiritualibus , vel spiritualibus annexae qualiter vendi non possint , dictum est . Tract. 2. cap. 5. §. 3.

113. Quae alienis pecunias quis proprio nomine emit , sua regulariter facit , earumque acquirit dominium : secus quae emuntur pecunias Ecclesia , pupilli , minoris , aut militis ; haec enim statim transeat in dominium ejus , cuius pecunias emuntur . Tract. 14. cap. 2. n. 29. Rei aliena venditio valida est , non

quidem quoad translationem dominii ipsius rei , quod venditor non habet , bene vero quoad translationem dominii ipsius pecunie in venditorem , quam emperor alienare potest ; tenetur tamen venditor de evictione , & ad refacienda damnam inde emptori provenientia , si mala fide emptori rem ignoranti vendidit quod alienum erat : si autem bona fide vendat , id tantum tenetur restituere , in quo factus est ditor ; nec damnum , aut interesse refacienda tenetur ; nec de evictione tenetur . Immo neque ad hanc tenetur , si ego sciens , & volens rem alienam ab eo emi . num. 30. Res ita ex se ad pravum usum determinata , ut sub bono , aut indifferenti usi cadere non possint , ut sunt maleficium , amuli quibus demona sunt alligata , libelli infamiorum , &c. vendere est peccatum mortale : venditio tamen valida est , & praetium retineri potest . Res que possunt humanis usibus inferire , ut sunt quedam venena , que medicamentis utiliter admiscantur , personis in malum non abusuri vendi possunt . Indifferentia ad bonum , & malum usum , licite vendi possunt . Si tamen venditor verosimiliter credit emptorem re indifferenti empta abusurum , peccabit eam illi vendendo , nisi iusta & rationabilis causa ad talen venditionem moveatur ; ut si absque proprio praedictio non posset a venditione illa abstiner . n. 32. 33.

114. Triplex est per emptionem , & venditionem negotiatio . Prima est , qua venditio superfluum , & emitur necessarium . Secunda qua aliquid emittur , ut per industram immutatum , ac melioratum carius vendatur . Tertia negotiatio propriæ , & rigorofæ talis , & propria mercatorum est illa , qua rem aliquam comparamus eo animo , ut integrum , & non mutata vendendo lurement . Hic autem nomine emptionis , etiam permutatio venit . Prima & secunda negotiatio species nulli prohibita est . Tract. 14. cap. 2. num. 34. Negotiatio propria , & rigorofa non est ex natura sua , & intrinsecus mala , sed

indifferens ; ideoque potest fieri cum peccato mortali , cum veniali tantum , & etiam laudabiliter , & absque peccato . n. 35. Merito tamen ab Ecclesia Clericis , omnibusque Religiosis sub gravibus penitentia excommunicationis , suspensionis sententiae ferenda , & aliis prohibita est . n. 36. 37. Sub hac prohibitione , & penitentia comprehenduntur omnes Clerici in Sacris constituti , & omnes Religiosi etiam nullo Ordine insigniti ; & contrafacentes graviter peccant ; non efficiunt tamen mortale , si simel aut iterum Clericus , vel Monachus negotiatur , dummodo sine scandalo , & negotiatio non sit turpis , aut in magna quantitate , nam qui uno , vel altero actu negotiatur , non dicitur negotiacionem exercere . n. 38.

115. Licum est Clericis , vel Monachis per alios negotiari , probando illis pecuniam , qua negotiantur , & postea lucrum dividendo : quod si fiat ex iusta , & rationabilis causa , scilicet pro sui , fuorumque sustentatione , nec est peccatum veniale . Tract. 14. cap. 2. num. 40. Non licet Clericis uyas emere , ut per operarios conductos vinum faciant vendendum ; aut lanas emere , ut pannos vendendos per operarios conductos efficiant ; nec agros alienos conducere ad fructus vendendos : licet enim in his non detur negotiatio rigorola , proprius tamen ad eam accedant , & indecentiam preferunt . Licit Clericis , qua ad propriis usus emerunt , data opportunitate carius vendere , ut alii pro se viiore pretio emant ; hoc enim non est emere animo carius vendendi . n. 42. Negotiatio , qua per emptionem , & venditionem omnibus non Ecclesiasticis licita est , potest ex pluribus capitibus viafia , & peccaminofa evadere , nempe ratione finis propter quem exercetur : modi quo exercetur : & materia , qua vendi nequit : & temporis , aut loci prohibiti . n. 43.

116. Certum est licere mercatoribus , res in magna quantitate emere , antequam in Urbem invehantur , ut cum lucro eas vendant . Populum paratum fibi necessaria emere , prævenire merces in ma-

gna quantitate emendo, regulariter illicitum est, & tales mercatores conveniunt de mercibus vendendis determinatio pretio ab ipsis constituto, & non alio vel e converso emptores convenient de re tanti emenda, & non ultra. Tract. 14. cap. 2. nū. 44. Licitum tamē est, (quod sanissime contingit,) si eas merces venderent communī pretio, quo eas vendunt ali negotiatores de longo alportantes; vel si talis emptio effet de mercibus non necessariis ad vite sustentationem, vel ad communem Republicas statum, ut essent P̄staci, Siniac, quidam mulierum ornatū, gemmae, &c. De mercibus non necessariis, quibus tamē communiter cives utuntur, postquam cives eremerit, quæ volebant, quod reliquum est poterunt dicti mercatores emere, ut ea pro opportunitate, ministratim cum moderato lucro vendant. n. 45. Qui ex officio negotiantur, maxime si a Republica deputati sunt, possunt carius vendere quam emunt, & quam alii, qui hoc ex officio non habent, seculio tamen monopolio: at nulli ex his merces carius vendere possunt, quam ipsa valent, etiam si carius, seu pluris eremerit; juxta autem pretium est, quod communiter currit, iuxta communē estimationem. nū. 46. 47. Iure positivo illicita est negotiatio emendi tritici, quando minus valet, ad illud postea carius vendendum: immo si in magna copia ematur, & supprimatur, et etiam iure nature illicitum. 48.

17. Monopolium est plurium in unum consipatio, quando minirū plures convenient de non vendenda aliqua merce, nisi tali pretio, vel illo quod ipsis pro libro allegant. Quatuor sunt genera monopoliorum. Primum cum unis, duo, vel tres coemunt merces omnes, aut majorem partem, ut ipsa solū eas postea vendant magno pretio, inducentes hac via notabilem rerum penuriam, & raritatem. Secundum quando obtinetur a Principe privilegium, ut nullus alius possit tamē vendere mercem. Tertium quando aliqui impeditur ne merces in civitate inveniantur, ut proprias carius vendant, quod in ementum, & Reipublice damnum vergit. Quartum

ab aliquo incepsum, ab alio perficiatur: cum operari convenient de non locandis operibus suis, nisi tali pretio. Est etiam monopolium injustum cum aliqui spargant rumorem fallum, vel literas confingunt dicentes talium mercium naves esse submersas, ut pretium augent: & cum quis sub hasta vendens supponit fictos licitatores, ut pretium augetur; & omnes isti cum fraude procedentes ad restitutioinem tenentur. n. 58.

aut commodum rei vendit⁹ sit apud venditorem, nisi tantum pretii augetur, vel minuatur, quantum tale periculum, vel commodum existimat⁹; vel nisi supra contractum venditionis addatur contractus locationis: Quinta quod servetur identitas rei vendit⁹; ita quod si vacua venditur, vacua redimatur; si cum fructibus venditur, cum fructibus redimatur, nisi fructus pretio suppleantur. n. 60.

19. Venditio cum pacto retrovenditionis fieri potest vel in favorem venditoris, ut cum imponitur onus empiri retrovendendi, dicens v.g. Vendo tibi hunc equum cum pacto, ut quando ego volero, vel tempore a me assignando, illum mihi revendas; & tunc minus valet, quam si abique illo onere venderetur. Vel in favorem emptoris, ut quando venditor onus imponitur redimendi, dicens v.g. emo a te hunc equum cum pacto, ut quando ego volero, vel tempore a me p̄ficio illum a me redimas; & tunc plus valet quam si abique tali onere emeretur. Quanta autem sit pretii diminutio, vel incrementum, arbitrio prudentum relinquitor, attentis circumstantiis. Vel in favorem utriusque, cum scilicet utrique libertas relinquitur dissolventis contractum si vulnerit. Tract. 14. cap. 2. n. 59. Licitā est venditio cum pacto retrovenditionis, quoquaque ex his tribus modis, c. licet res vendita cum pacto retrovenditionis in favorem venditoris, interim locutus venditori, & hoc in pactum deducatur,) si cum sequentibus conditionibus fiat. Prima conditio est: quod venditio fiat vero animo vendendi, & emendi, & non potius animo mutuandi; quia tunc esset iūra palliata, qualis certe praetulerit, interveniente pacto redemptionis in favorem emptoris: Secunda quod pretium sit justum, habita ratione gravaminis: Tertia quod non possit deduci in pactum ut res redimatur, vel revendatur pluris quam valebit tempore retrovenditionis, seu redemptionis intra limites justi pretii: Quarta quod non deducatur in pactum, ut periculum,

Pars I.

121. Ille cui res vendenda traditur a domino, assignato pretio, non potest pretii incrementum sibi retinere, si forte pluris eam vendat, sed debet totum domino reddere, si vel stipendum pro intermūci munere recipiat, vel ratione familiatus ad id teneatur, vel abique mercede ad tale munus sponte se obtulit: quia pretii assignatio (nisi oppositum expresse, vel tacite dominus in-

Ff nuat

nuat,) ideo fit, ne res villore pretio vendatur. Expresso autem Dominus prestiti incrementum intermuncio remittit, si dicat ei: vende rem hanc tanti, & si quid plus acceperis, tuum sit: tacite vero si rem ei, qui fons famulus non est; nullo assignato stipendio, vendendum committat; quia tunc pretii incrementum, dummodo non excedat aestimationem diligentiae, & laboris, remittere censetur. Si intermuncius rem pluris vendat, quam sit justum pretium, illum excessum emptori restituere tenetur. Si rem propria industria meliorata, vel alibi ubi plus valeat, translatam, intermuncius ratione meliorationis, vel translationis pluris vendat, quam a domino praescriptum fuit; poterit sibi incrementum retinere: & ideo si eam ante meliorationem, vel eodem loco non pluris quam 10. vendere potuerit; melioratam vero, aut alibi translatam 20. vendidit intra latitudinem justi pretii, illa 10. sibi poterit retinere. Tract. 14. c. 2. n. 71. 72.

122. Villicus cui dominus suis jubet frumentum vendere, juxta taxam, v.g. 20. eo tempore quo pretium currens est 25. si illud vendat pretio currenti 25. nequit illa quinque sibi retinere, nec domino tribuere, sed eis quibus venditum supra taxam facta est. Quia cum dominus currentis pretii notitiam haberet, censetur voluisse emptorū pauperati confundere. Tract. 14. cap. 2. num. 73. Si dominus intermuncio praescribat pretium infinitum, vel medium, & adhibita diligentia nullus inveniatur, qui plus dare velit; poterit idem intermuncius, eo maiore pretio, quo vendit potest, sibi emere, & illud refervari, nique dum inveniatur qui plus solvat; & tunc illud incrementum, intra latitudinem justi pretii, sibi poterit retinere, nisi aliquo iure positivo ei talis emptio prohibita sit, ut est in Hispania. n. 75. Quod dictum est de venditione per intermuncium, intelligendum est etiam de empitione. Ideoque non licet factoribus, quibus constitutitur empirio mercis pro ueste, sibi retinere pretium,

quo vilius emerunt; nam ipsis incumbit adhibere diligentiam moralem, ut vilius emant; nec etiam id eis licet, ratione temporis, quod amittunt, si ipsi ad hoc se offerant, ut eis ipsis confidencia committatur. Quod si adhibita diligentia, non inveniant, qui mercem minor pretio quam v. gr. 10. vendere velit; mercator autem amicus factoris, intuitu amicitiae, & ut eum afficiat ad frequentandam officinam, aliquid de eo pretio remittat, illud quidem absque iniustitia sibi poterit retinere: sed infideliter munus suum obibit. n. 76.

123. Pretia rerum non accipiuntur secundum earum physicam confidationem, sed secundum moralem aestimationem, & quatenus necessarie sunt ad usus humanos. Hoc pretium morale, seu politicum duplex est: legitimum, & naturale. Legitimum est, quod per legem statutum est, vel a publica potestate taxatum: naturale vero, quod secundum rectam rationem iustum judicatur, attentis omnibus circumstantiis rei, temporis, loci, ac persona, & dividitur in infinitum, medium, & supremum. Haec autem latitudo justi pretii in rebus viuitoribus minor est, in pretiosioribus vero, & rarioribus major. Tract. 14. cap. 2. num. 77. &c. Fallacis, & deceptionibus emere, sive vendere extra limites justi pretii, furtum est. Conventione autem facta de pretio, intra latitudinem justi, non potest qui infinito pretio venditum, subtrahendo de merce, aut alio modo decipiendo, trahere ad summum; nec qui summo pretio emit non potest decipere venditorem in numeratione pecunia, vel alio compensationis modo trahere ad infinitum. n. 82. 83. Venditores mendaciis, & perjuris trahentes emptores ad summum pretium; & emptores mendaciis, ac perjuris trahentes venditores ad infinitum regulariter non peccant contra iustitiam, sed tantum peccato mendaci, vel perjurii; quia haec sunt communia mendacia ementum, & venditum, & si his fidem quis incaute praebeat, sibi imputet. n. 84.

124.

124. Etiam absque fraude aliquid ultra justum pretium in venditione accipere, vel infra justum in emptione dare, iniustitia peccatarum est; etiamsi deceptio sit infra dimidium, & ledens ad refutacionem tenetur. Et hoc verum est, etiamsi pars lela, & ledens justum pretium ignoraverint, sed bona fide tanti valere putaverint; bona etenim fides tollit quidem peccatum, sed non ausert iniustiam contractus; ideoque cognita deceptio, tenetur qui latit refutare excessum, si exter, vel id in quo factus est ditor. Durante autem bona fide datus locus prescriptio. Si eterne contrahens sciat se ignorare pretium, & scientes se ignorare, nihilominus tanti convenient, validus erit contractus, etiamsi postea eorum aliquis etiam in dimidio lefas appareat, nec datur obligatio refutacionis, quia censetur sibi invicem condonare. Tract. 14. c. 2. n. 82. 88. Potest venditor plus accipere pretium, quam res valet secundum se, si in ea vendenda privetur aliquo commode, & utilitate, vel illa carendo, aliquod subeat incommodum, vel damnum, quia sub tali circumstantia lucri censantur, vel danni emergentis plus valet, sed hoc num licet, quando venditor sollicitatur ab empore ut rem vendat, quam alias vendituras non erat, & tunc venditor emptori causam, ob quam pretium auget, aperte debet. n. 89. Etiam ratio affectus singularis ad rem, potest venditor ipsam pluris vendere, secundum rationabilem illius affectus aestimationem, n. 90.

125. Probabilis est, non licet venditor, quilibet magno pretio, vendere res non necessarias ad ultimam vitam humanam, vel ad communem convivium hominum, ut sunt Acceptiores, gemina extraordinariae valoris, pictures insignes, & huiuscmodi: intuper quedam operam non necessariorum locationes, ut sunt cantus, saltationes, &c. sed debent vendi secundum aestimationem communem peritorum, attentis omnibus circumstantiis raritatis, pretiositas, &c. Tract. 14. cap. 2. n. 93. Etiam pro rebus secundum

se vilibus ubi sunt in magna aestimatione, ut apud Indos Specula, Christalia, magnum pretium accipere licet, juxta aestimationem quam apud illos habent. n. 94. Res que in publica subhastatione, vel per mediatores discurrentes per vicos venduntur, si pretium taxatum non habeant, vendi licite possunt, quantum abisque fraude, & dolo possibile est: aderit autem fraus, si venditor elet defelctus; si factos emptores submittat; si curtor, seu proxeneta, ut vilius vendat, rem proponat cum pauci adjunt emptores; si emptores conspirent ut monopolium faciant; si minimis, aut precipuis importuni arcentur, & prohibeant emere volentes, & plus offere parati: quas fraudes qui committunt tenetur refutare id, in quo supra vel infra justum pretium rem emerunt, vel venderunt. Si quis autem in subhastatione amicos roget, ne plus offerant, certa quadam quantitate, ut ipse iusto pretio infiniti tamen, vel mediocri rem habeat, minime peccat; licite enim industria uti potest. n. 95. 96.

126. Pretium naturale, seu vulgare variari potest: ex pluribus circumstantiis rerum, temporum, locorum, & personarum. Si res praefata vendatur, habenda est ratio temporis praesentis: si res futura vendatur, ut fructus venturi, pretium assignandum est, quod habebunt tempore traditionis. Tract. 14. cap. 2. n. 98. Assignandum est pretium currens in loco ubi res traditur, non illud quod currit in loco, ubi sunt contrahentes, nisi venditor proprii expensis, & periculo se obliget ad eam tradendam abi plus valet. num. 99. Etiam mercator rem pluris emerit, quam valet in loco ubi eam vendit, non potest eam pluris vendere, quam sit pretium talis loci, etiam si in ea alportanda multum insuper, & plura pericula subierit: si vero ubi vendenda est, nullum adhuc pretium vulgare praefixum, aut per legem taxatum sit, poterit in statuendo pretio laboris, & expensar etiam extraordinarias computare, exclusis tamen expensis per ignorantiam, aut propter in-

Ff 2 for-

fortunum factis . num. 100. Mercatores ratione officii , paulo pluris res vendere possunt quam alii , non tamen ultra id , quod legi taxatum est , vel communis estimatio fori inter illos prescriptum . Similiter quando plures emptores concurrunt , vel est penuria mercium , pluris possunt vendi , quam alias vendentur , servata tamen legis taxa , & cummuni fori ; dummodo copia , & inopia mercium non introducta fuerit iniqua con�ipratio . n.101.102.

127. Rerum pretia decrecunt quando ultronea offeruntur , & in gratiam vendoris emuntur , maxime si emptori parum utiles sint : crecent vero quando in gratiam emptoris venduntur . Ex sola necessitate particulari aliquicui vendentis , aut ementis , pretia minuere , vel augere non licet ; quia particularis necessitas non indicat mercis abundantiam , vel penuriam , aut paucitatem , vel plurimatatem emptorum , bene vero si necessitas sit communis rem vendendi ; vel si dives rogatus , rem qua non indiget , emat a paupere in commodum ipsius pauperis . Si nulla interveniente necessitas vendat quis minore pretio , vel maiore emat ; confutetur excessum condonare . Tract. 14. cap. 2. num. 103. &c. Merator praeofens magna mercium copiam superuenturam , vel iam fecit advenisse , & brevi in lucem proferendam , ex quo carum pretium valde defecundum sit , poterit licite , scelus fraude , & dolo eas , quas habet pretio currente vendere , antequam minuatur . Idem proportione servata dicendum de emptore sciente brevi tempore mercium pretium augendum . Similiter sciens a Magistratu , vel alii viis monetariorum valorem minuendum , poterit eas commutare , vel iis merces emere , aut debita solvere valore currente , antequam decrecat . Similiter dicendum de sciente legem a Princeps latam , per quam pretium aliquicui mercis texatur , quam nondum publicata sit . Secus si quis mendaciis , aut fictis epistolis rumorem spargat , abundantiam , seu penuriam brevi superuenturam , ut sic emptores , sive vendi-

tra , non tenetur vendens pretium legitimum observare , sed potest precio vulgaris , & currente ita merces vendere . n.115. Quando omnes , aut major pars scientie Princeps , & non punient cum posset , taxam non servant , ejus obligatio cessat . Ex permissione Rectorum non habentium facultatem dispensandi in lege , non excusantur ab iniustitia taxam non servantes ; immo ipsi quoque Rectores mortaliter peccant non servando , & ad restituacionem tenentur . n.116.

129. Legibus taxantibus pretia rerum , etiam ipsi Religiosi , & Ecclesiastici tenentur , & si contra faciant , mortaliter peccant , & ad restituacionem tenentur . Tract. 14. cap. 2. num. 117. 118. Si pretium vulgare supremum sit inferius pretio taxa , propter abundantiam , non licet juxta taxam vendere ; lex enim in favorem emptorum lata praescribit terminum , supra quod ascendere non licet , non tam prohibit diminutionem juxta fori estimationem . num. 122. Si pretium taxa sit inferius vulgari insimmo , verius est talen taxam ex iusta causa prefixam servari debere ; quia Princeps eam ponens reipicit ad bonum commune : qui tamen pratermissa taxa venderet pretio vulgari , non est obnoxius restituitioni ; immo nec qualibet excessus supra taxam , gravis reputandus esset , sed ille tantum qui prudentum iudicio notabiliter laederet bonum commune , au pauperum , secundum moraliter estimationem . num. 124. Commutari potest una res cum alia , dummodo pretium legitimum unius non excedat pretium legitimum alterius : aut si res in quam fit commutatio non habeat pretium legitimum , dummodo pretium vulgare hujus non excedat pretium legitimum alterius ; quibus suppositis poterit v. gr. vendens triticum , secundum taxam , onus imponere emptori , ut fibi oleum , vinum , &c. pretio legitimo , vendant , vel si non habeat legitimum , secundum pretium vulgare . num. 125.

130. Probabilis est , quod vendens pretio legitimo , seu taxato non posset

imponere onus emptori , ut pretium solvat in tali , vel tali pecunia . Tract. 14. cap. 2. num. 127. Merces notabiliter meliores intra eamdem speciem quam qua communiter solent , juxta taxam vendi , licite possunt aliquo pretio supra taxam vendi : sicut enim triticum valde imperfectum , & vilius eo , quod communiter juxta taxam venditur , nequit licite juxta eam vendi , sed tantum pretii detrahi debet , quanti imperfectione astinatur ; sic e contra , triticum perfectum tantum supra taxam vendi potest , quantum communis triticum excedit in perfectione . num. 128. Potest merci optimae , & exquisite alia inferior admirari etiam ex industria , & juxta taxam vendi , dummodo per talen admixtionem non redditum deterior ea , que juxta taxam vendi solet . Probabilis tamen est , non licere aqua vino immiscere ; etiamque post immixtionem videatur esse ejusdem qualitatis cum eo , quod juxta taxam venditur ; quia per aqua mixtionem faciliter corruptitur , & ad plures efficiens ineptum est . num. 130. An tempore magnae sterilitatis obliget taxa imposita , tam pro affirmativa , quam pro negativa fiat opinio probabilis , & tuta in conscientia . n.132.

131. Carius vendere praeferre ob dilatationem , & similiter vilius emere praeferre , ob anticipatam solutionem est usitata . Tract. 14. cap. 2. num. 140. Ratione lucri celsantis , aut damni emergentis licitus erit credita pecunia carius vendere , servatis tamen conditionibus pro mutuo assignandis fact . 132. debet autem titulus esse verus , & emptor de hoc admoneri . num. 141. Ad titulum damni emergentis reducuntur etiam expensis , & incommoda pro recuperando pretio subeunda , aut quae prudenter timeri debent . Si casu contingat plures expensas fieri , quam quae pravissime fuerint , plus petendum non est quam fuerat conventione firmatum ; sicut si accidat minores , aut nullas expensas fieri , nihil est de pretio detrahendum . Si culpa emptoris creverint expensa , tem-

tempore solutionis eas ultra id quod erat in pactum deductum, emptor compensare tenetur. num. 142. Ratione etiam periculi amittendi pretium, vel in toto, vel in parte, poterit licere, qui credita pecunia vendit ascendere in pretio, siue ad estimationem affectuationis, quam illi debet emptor de solutione, dummodo periculum verum sit, & non falsa innixum presumptione, & monetur emptor de tali motivo. num. 144. Licitum est vendori merces vendere, credita pecunia v. gr. triticum, vinum &c, tradenda tempore praesenti, quo minus valent, preter cariori, quod habebunt tempore solutionis pecunia, si vendor ea servaturus erat usque ad illud tempus, & non aliter, debet tamen de hoc monere emptorem, & tantum minuerit de hoc pretio, quanti estimantur expensae, que facienda essent in rei conservatione, & periculum eam amittendi. Poterit emptor licere emere, anticipata solutione, eo viiore pretio, quo res valitur erit, tempore traditionis ejusdem. num. 146. 147. Certum est quod res quae in magna quantitate simili venduntur, minore pretio vendi debent, quam si minutius venderentur; sive vendito fias credita, sive numerata pecunia, aut anticipata solutione. Res que in magna quantitate solent ad creditum vendi, quia alter commode vix unquam vendi posint, ut quando naves advenient multus mercibus onusse; vel quando res pretiose ad nudinas in magna quantitate portantur, dilata solutione carius venderi, quam numerata pecunia, illictum non est, nec usura; quia communis praxi, & consuetudine introductum est, ut sic vendantur. Quando emuntur res, magni momenti, que plures expensas requirunt, ut ad perfectionem deveniant, ad quas expensas faciendas solent anticipate venditores solutionem petere, (ut fit pro laniis in Hispania,) ob anticipatam solutionem vilius emi posse, absque ultrazlabe, que probabile est ac oppositum. n. 149. 151. 152.

152. Cerrum est, licere chirographum

dum-

dummodo pretium justum fuerit, atten-
tis circumstantiis, & estimatione peri-
culi, quod in emptorem rejecit. At si
vendor defectum occultum noverat,
etiam dicat se nolle teneri de vitis
occultis, in utroque foro tenetur: &
advertisit communiter Doctores, non
excusari a restitutione venditorem ven-
dentem v. gr. equum furiosum, etiam
dicat: vendo tibi hunc equum pro ca-
co, claudio, furioso, & omnibus vi-
tis affecto; quia ex modo loquendi
defectum magis occultat. num. 166.
Si emptor non interroget de vita rei,
non tenetur vendor vitum manifestare,
dummodo pro eo vita tantum
de pretio debeat, quantum oportet.
n. 167. Si vendor res publice venales
exponat, non occultant artificiosae ea-
rum vita, poterit non interrogatus ipsa
non manifestare, dummodo res, non
obstante vita, utiles sint ad fines or-
dinarios, & communite occurrentes,
& de pretio minuere quantum debet pro
tali vita. n. 169.

134. Triplex vitum in re vendenda
inveniri potest: primo in substantia, ut si
argentum pro auro vendatur, vitrum pro
gemma, vinum aqua mixtum pro paro &c.
Secundo in quantitate, ut si mensuris deficiens
vendor utarur: tertio in qualitate,
ut si animal infirmum pro lano
quis vendat, pannum adulatum, vel ma-
le textum pro non tali, rem hypothecata
pro libera. Si defectus sit circa sub-
stantiam, tenetur vendor illum mani-
festare; & si occultetur, irritum reddit
contradicum. Si vendor ex ignorantia
venderet rem sanam pro corrupta, gem-
mam pro vitro; vel poterit rem valere
v. gr. 10. qua valet 30. tenetur em-
ptor errorum advertens rei bonitatem
venditores manifestare, ejusque valorem
indicare: vel si non adiunctor dolum, nec
interrogatus fuit de meritis bonitate, &
valore, satius erit si det pro ea pretium
infimum, intra latitudinem iusti. Quod
si tam vendor, quam emptor rei va-
lorem ignorat, & uterique cuius se
committere velit, poterit emptor, pro posse
minuere pretium, vendor vero illud

§. III.

De mutuo, & usura.

135. Mutuum est contradicus, in quo tra-
ditur res usu consumptibilis quoad dominium,
& usum sub obligatione postmodum
similem in specie reddendi. Tract. 14. cap.
3. num. 1. Est ex illis contractibus,
qui quoad substantiam traditione, perficiuntur.
Etiam de nummis, lignis, lapidibus,
& hujusmodi potest dari mutuum,
quia licet physice non consumantur, ita tamen desinunt esse alienan-
tis, ac si in rerum natura non essent.
Res quae redditur debet esse non solum
ejusdem speciei, sed etiam in bonitate,
& quantitate aequalis: non tamen tene-
re mutuatarius statim reddere, sed tan-
tum

rum quando a mutuante interpellatus fuerit, si terminus non sit praefixus; mutuans autem non debet statim petere, quia sic mutuum non prodebet. num. 2. 3. 4. Quod mutuo traditur alicui Oppido, Ecclesiae, aut loco pio, non tenentur haec loca restituere, nisi mutuans probet, mutuatnam pecuniam &c. convergam esse in utilitatem illorum. Hoc privilegio gaudent etiam minoribus, & pupillis, quorum Tutor, seu Curator aliquid mutuo accepit. Si Prelatus nomine Capituli, de ejus confidens: Prator, seu Gubernator nomine Civitatis scientibus, & consentientibus Senatoribus mutuum acceperunt, reddendum erit, licet creditor probare non possit conversum esse in Conventus, seu Civitatis utilitatem, dummodo ad restitutionem necessaria non sit alienatio rei immobilis, tunc enim reddendum non erit, nisi creditor probet conversum fuisse in utilitatem illorum. n. 5.

137. Si pecunia data fuerit in mutuum filiis, aut filiabus non habentibus bona caffrensis, aut quasi caffrensis, & qui non credebantur lui juris, & hoc abique expresso, vel tacito consenti parentum, saltem in foro externo, immo fatis probabiliter etiam in foro interno eam ipsi reddere non tenentur, nec ante nec post mortem parentum, nec etiam eorum fiduciatores: Quod privilegium concepsum fuit in odium fenculatorum, & favore parentum, ne filii are alieno, gravati machinarent mortem parentibus; & huic privilegio cedere non possunt; quod si cedant, adhuc possunt uti exceptione Macedoniana. Tenetur filius reddere non obstante Macedoniana, si mutuum fuit non in pecunia, sed in aliis rebus: si habeat bona caffrensis, aut quasi caffrensis: si credebatur sui juris. Denique tenetur reddere saltem post mortem patris, si jurravit se redditurum; actionem tamen habebit ad repetendum datum; immo & juramentum relaxari poterit, ne lex Macedoniana reddatur iniustus. Praterea tenetur filius reddere, non obstante Macedoniana, quando mutuo accepit, que a patre erat accepturus verb. grat. ad

natura mutui est quod non repetatur per aliquod tempus. num. 24. si per multum tempus se obliget mutuans ad non repetendum, licetum erit aliquid exigere, non praeclite ratione majoris temporis, & obligatione non repetendi: (nam & hoc esset uiruta:) sed quia qui sic se obligat, se exponit periculo non solum lucri celsantis, & danni emergentis, sed etiam plurium aliorum incommodeorum, cum moraliter impossibile sit, quod per multum tempus non occurrant mutuanti necessitates, & occasiones utendi dictis pecunias, etiam pro actibus liberalitatis, gratitudinis, & similibus. n. 26.

139. Ufurarius pure mentalis peccat quidem mortaliter ob animum pravum, sed non est obnoxius restitutio. Tract. 14. cap. 3. num. 29. Si uiruta mentalis fit conjuncta cum actu exteriori, sed sine pacto explicito, vel implicito, (per quod distinguunt a reali, ad quam animo datus pactum requiritur:) tum ex parte mutuantis cum animo recipiendi aliquid pro mutuo, tum ex parte mutuarii habentis animum dandi aliquid pro mutuo, teatut mutuans restituere tale lucrum. Si animus ufurarius solum fit ex parte mutuarii, quia ipse dat lucrum ut pretium mutui; cum tamen mutuans credat, fibi ex liberalitate donari solum tenetur restituere id in quo factus est ditor, quando fibi innotuerit mutuarii animus ufurarius. Si et contra ufurarius animus fit tantum ex parte mutuantis, mutuarius autem intendat dare gratis, & ex liberalitate id, quod mutuans recipit animo uirario; tunc mutuans quoque ignorat animum mutuarii, restituere tenetur; a qua obligatione, cognito eius animo, liberatur. n. 30. Si mutuarius lucrum ex gratitudine donet, & mutuans dubitet, quo animo dederit non potest illud retinere, si cum tali dubio accepte. At possunt dari tales circumstantiae, ut moraliter certum creditur, omnibus perspectis, gratis donare; quod regulariter credi potest, si mutuans nullo modo indicavit, se aliquid

velle, & mutuatarius non sit illiberatus, nec tristitiam aut molestiam dando patitur. nu. 31.

140. Intentio interna, desiderium, seu spes lucri cograndi a mutuari, tanquam debitum ex iustitia, constituit uitram mentalem; non vero intentio, desiderium, vel species lucri, seu munera a manu, lingua, vel obsequio gratias, ex benevolentia, & abique obligatione prestandi. Tract. 14. cap. 3. nu. 32. Non est motivum sufficiens ad arguendum uirum mentalem, quod quis non mutuaret, si crederet mutuarium ingratis fore; sicut non est simoniacus qui vadit ad chorum propter distributiones, alias non iterus. Lucrum petere propter mutuum, non tanquam quid debitum ex iustitia, sed ex benevolentia, & gratitudine minime licet, & est uiria, prout ex propositione damnata ab Innocentio XI. 42. num. 34. Si mutuarius nullo precedente pacto, vel animo dandi ut debitum ex iustitia, det aliquid supra fortē, timens se nisi id praestet, non amplius recepturum mutuum cum indigebit; vel ne videatur, aut vocetur ingratius; si verē gratis donet, licet aliquid modo involuntarie, quia ex timore motus, non erit uiria, & consequenter nulla erit culpa id recipere, dummodo nec ex parte mutuantis detur animus recipiendi tanquam debitum ex iustitia. Attamen cum rarissime in mutuarii prefumi posset vera donatio, hoc valde periculium erit, & in praxi minime admittendum. n. 36.

141. Faciente bona fide contractum usuragium, quem poterat aliter sine uirula labore confidere, probabilius est non posse, cognito errore, lucrum illud retinere, intendendo reducere contractum ad limites iusti: E.G. quis ratione mutuum ex gratitudine donet, & mutuans dubitet, quo animo dederit non potest illud retinere, si cum tali dubio accepte. At possunt dari tales circumstantiae, ut moraliter certum creditur, omnibus perspectis, gratis donare; quod regulariter credi potest, si mutuans nullo modo indicavit, se aliquid

do iusta quo possunt; vel saltē virtuāliter vi propositi antecedentis, de numquam contrahendo, nisi iusta modo, aut implicite intendendo contrahere eo modo quo contrahunt viri pī, & periti. Tract. 14. cap. 3. n. 40.

142. Ex liberali donatione posse mutuantem aliquid supra fortem a mutuantario accipere certum est. Tract. 14. cap. 3. num. 41. Non præsumitur liberalis donatione, si mutuans, licet non petierit aliquid supra fortem, signa tamen dedit, quibus insinuat se ex mutuo velle lucrum accipere immediate, ut pretium, seu debitum ex iustitia: nec quando mutuantarius liberalis esse non solet: nec quando mutuantarius petit mutuum, ut subveniat sua inopia: neque si minus datur ante fortis solutioinem, quia præsumitur dari ob prorogationem solutionis: neque quando minus datur mutuanti, qui nunquam sollet sine usura mutuari. n. 42. E contra præsumit potest liberalis donatione, quoties mutuantarius sua sponte aliquid offert supra fortem; quando nempe dans mutuum, nec directe, nec indirekte illud petit, nec signa volenti dedit, nec ulla alia appetat ex predictis præsumptionibus in contrario, quæ præpondaret. Si donatio liberalis ipsis mutuantari, scripto firmetur, non relinquit locus oppositus conjecturis; nisi confiteretur in fraudem usurparum talia scripsi, quia scilicet alio modo, non posset mutuum inventire. n. 43.

143. Si res aliqua fructifera tradatur in pignus pro mutuo, v. gr. domus, prædium, equus &c. Si interim dominus, vel equus locetur, prædium collatur, fructus, seu pensiones locationis nequeunt licite a mutuante percipi supra fortem, nisi accedat iustus titulus lucri cessantis, aut damni emergentes, aut gratuita donationis, vel pœna conventionalis, de qua infra fed. 151. sed vel computandi sunt in fortem, vel restituendi, deductis tamen expensis, & estimatione laboris: immo non tantum tenet mutuans restituere fructus, quos collegit, sed etiam eos qui ex ipsis

culpa lata minime percepti sunt, juxta estimationem spei deducit expensis. n. 44.

144. In contractu mutui per se illicitum est, & irritum pactum legis commissoriæ, quo inter mutuantem, & mutuantarium convenit, quod si mutuantarius, tempore præfixo mutuum non solvat, pignus amittat; & hoc proper presumptionem usura. Secus si tale pignus non plus valeat quam mutuum; aut si in pactum deducatur, quod non prædicta solutione, tempore præfixo, iusta pretio venditum confeatur, & quod superest mutuantario reddatur. Tract. 14. cap. 3. num. 47. 48. Potest gener fructus pignoris dotalis percipere, non ob dilationem doris, sed ut pars doris supereradicata capitali ad sublevanda operam matrimonii, si pignus absolute tradatur, aut cum dos constitutus promittatur, etiam si tales fructus excedant onera matrimonii: eorum autem, licet pars doris sint, erit maritus administrator, & dominus. At si pignus dotale exprise concessum sit in securitatem doris promissæ, aut concedatur, donec jam constituta, & genero ad onera matrimonii iam obligato, aut sacer se obligavit ad alimenta præstanda, & generum cum uxori, & liberis domi retinendum, aut se ad hanc præstanda obtulit, non potest gener tales fructus percipere, aut sibi retinere, nisi ratione lucri cessantis, aut damni emergentis. num. 50. 51. 52.

145. Quicunque pro mutuo ex pacto tacito, vel expresso, ac proinde ut debitum ex iustitia munus quocunque accipit, vel onus imponit pretio estimabilis; peccat contra iustitiam, & usuram committit, licet tamen exigeret, quæ pecunia minime menfurantur; & ideo poterit in pactum deduci pro mutuo, benevolentia, seu amicitia, non enim est pecunia estimabilis. Poterit etiam exigi id quod alias debitum erat ex iustitia, vel ex charitate, aut religione; quare in pactum deduci potest, ut mutuantarius solvat quod alias debet, supposito tamen quod

sum sit certum, & liquidum: quod ceteret ab iniqua vexatione: quod condonet privatam vindictam, non tamen vindictam, vel satisfactionem per publicam potestatem sumendam: quod proximo graviter indigenti succurrat: quod votum admpleat, &c. Tract. 14. cap. 3. n. 53. 54. 55. 56.

146. Officium, vel beneficium petere, vel in pactum deducere sub obligatione iustitia pro mutuo, est usura; le-

cus si tantum sub obligatione antidorali, amicitiae, liberalitatis, vel gratitudinis; verum ab hujusmodi pactis omnino abstinentur, quia etiæ speculative, & fortassis etiam practice in aliquo casu raro; usuraria, & simonia non sint; tamen illis frequenter palliantur usura, & simonia. Si petatur officium secularie ut pretium mutui, & sub obligatione iustitia, etiam si digno conferatur, & fructus operas non exce-
dant, erit usura; valida tamen erit collatio, sed reddere tenetur usurarius collatoris officium, si resignatio facienda sit in manibus ipsius collatoris, si vero facienda sit in manibus alterius, sufficiat tribuere collatori quantum, boni viri arbitrio, estimatur illa libertas, qua privatus fuit. Si rationabiliter præsumatur collatorem nolle eum obligare ad relinquendum officium, ut frequenter sit, poterit illud retinere. Tract. 14. cap. 3. num. 58. 59. Commititur pecuniam usura, & simonia, si in mutuo fiat pactum de conferendo beneficio Ecclesiastico mutuatori. Est insuper usura mutuare cum pacto, ut aliis praefet munus ab obsequio, a lingua, vel a manu. n. 60.

147. Mutuare cum pacto ut mutuanturis statim remittat aliquid aliud, quod non sit ei magis damnum, non est usura: ut si dicis do tibi pecuniam mutuam, cum hoc ut statim mihi remittas frumentum, oleum, &c. Mutuare cum pacto remittunt quicunque alter indiquerit, dummodo etiam mutuans equali obligatione se obstringat mutuandi, quoties mutuantarius indiquerit, non est usura. Quid si mutuata

G 2
eam

eam reservatorus non eras ; tantumque debet detrahi , quantum est *valors* incrementum . n.69.

149. Si in contractu mutui sit rei *valor* exclusus , ita quod nec augmentum , nec decrementum possibile attendatur , potest licite in pactum deduci , ut eadem omnino res v.g. tot scuta , tot tritici modii reddantur , quacunque superveniente valoris mutatione ; quia cum sit æquale utrinque periculum ut supponitur , servatur *æqualitas* . Tract. 14. cap. 3. num. 70. Si certum sit , vel saltem probabiliter ; rem minus valitatem , tempore restituitionis , potest mutuans majorem mensuram quam debet exigere , secundum majorem , vel minorem certitudinem : v.g. mutuarii modium tritici , cum valebat 2*s* , credens valitatum 10. tempore preexo pro restituitione , potest petere ut tibi tunc dentur duo modii , detractis 5. plus minusve pro incertitudine majori vel minori eventus . num. 71. Si bona fide nihil de incremento , vel decremente valoris futuri cogitans , tot scuta , tot modios tritici , &c. mutuarii , dicunt communiter Doctores , quod regulariter specienda est in redditione bonitas intrinseca rei mutuatae ; ideoque satisfacie mutuarius eandem rem in specie , & bonitate solvendo , etiam in pretio decreverit ; & similiter tenebitur eandem in specie , bonitate , & quantitate solvere , etiam si premium creverit . n.72.

150. Pecunia mutuata omnino reddenda est , secundum valorem , quem habebat tempore traditionis ; & ideo si scuta 100. mutua accepisti , quando scutum valebat 10. si tempore solutionis valebat 11. vel 9. tantum addes , aut detrahes ita quod adæquetur valor scutorum 100. valentum 10. quæ tradita fuerint . Tract. 14. cap. 3. num. 73. Qui recepit mille scuta mutua in moneta aurea , vel argentea , satisfaciens totidem reddendo in moneta æqua , nisi alter conventionem sit ; quia major pretiositas compensatur quantitate . Erit tamen usura obligare mutuatarium ad solvendum in auro , vel argento , quod

in ære recipit : poterit tamen cum 0. obligare ad reddendum auream pecuniam ; si auream recipit ; dummodo si creverit in valore , incrementum detrahatur . num. 74.

151. Peccna conventionalis in mutuo licita est , dummodo non apponatur ad palliandam usuram . Licitum ergo erit mutuanti peccnam conventionalem imponere , quod si mutuatarium intra terminum præfixum non solvat mutuum , aliquid supra capitale solvere tenetur , etiam si nullum lucrum ceperit , vel dampnum emerget , ut non sit negligens in solvendo . Eset autem peccna imposta in fraudem usurarum , si ob eam lucrandum mutuum daretur ; vel si ita breve tempus pro solutione statuarit , ut mutuatarium intra illud solvere non posse credatur . Tract. 14. c. 3. num. 75. Ut hac peccna licite apponatur , triquirantur : 1. quod non cogatur eam solvere , qui sine culpa fuerit in mora : 2. quod mors notabilis sit : 3. quod peccna sit culpa , & capitali proportionata , & idem si v.g. iolummodo dimidium capitale solvatur , dimidiat tantum peccna subeat . Hæc peccna solvenda est ante judicis sententiam . num. 76.77.

152. Ratione lucri cessantis , & danni emergentis potest mutuans abique usuram labi , aliquid supra litem exiger , servatis sequentibus conditionibus . Prima quod ab initio mutui in pactum deducatur *assimilatio lucri cessantis* , & danni emergentis ; nam si ab initio tale pactum non fiat , etiam si potest lucrum ceperit , vel dampnum emergat , nequit ob hec aliquid supra formam licite exigi , vel recipi , nisi in causa quo mutuatarius , vi , metu , aut fraude mutuum extorcerit . Tenetur etiam mutuatarius , licet ab initio non præcesserit pactum , ad damnum emergens , & lacrum cessans , transacto termino solutioni præfixo , vel si non sicut præfixus terminus , ex eo tempore quo de solutione fuit a creditore interpellatus , si fuit in mora culpabili solutionis . Probabilius est in tali pacto apponendo , de-

bere mutuatarium moneri de titulo , hæcri cessantis , & danni emergentis . Tract. 14. cap. 3. n. 79. &c.c.

153. Secunda conditio est , quod lucrum cessans accipiendo sit ex contractu iusto , & licito : & quod sine lucrum quod pererat , sine dampnum quod timetur , sit verum , & probabiliter evenetur , non vero fictum , aut tantum possibile in potentia remota , nec debet exigi , aut recipi ultra id quod valer facrum amissum juxta estimationem spiritus deducto periculo , & expensis . nu. 84.

Tertia conditio est , quod lucri cessatio , & danni emergentia proveniant ex ipso mutuo , si enim alia via tunc lucrum obtinere , vel dampnum impedit possit , non potest aliquid supra formam accipere ; ut si pecuniam habeas non expostum negotiationis , & non necessariam ad alendam familiam , dotandas filias , follandam senectutem , aut ne statim pecuniam exponas : (nam quæ ad hec necessaria est , non adesse sensenda est :) Probabile tamen est , etiam in causa quo habebas pecuniam reservatam , ad predicta , non necessariam , posse pro pecunia mutuata , ratione lucri cessantis , & danni emergentis aliquid recipi supra formam : nec teneri mutuantem pecuniam reservatam negotiationi exponere in gratiam alterius . Licit ab initio convenienter de intro cessante , & damage emergente , si de facto non sequatur , non potest mutuans aliquid supra formam respondere ; nisi etiam de periculo pactum interierit , dummodo probable sit . num. 85.86.

154. Ratione periculi amittendi formam potest absque usura aliquid recipi supra formam ; dummodo periculum verum sit , non autem fictum ; & non plus exigatur , ratione periculi , quam quod alteri daretur pro assecuratione , stante tali periculo ; & dummodo id non fiat cum indebito gravamine mutuarii , ut contingat , si exhibente mutuatario fidejussione sufficientem , aut pinguis , adhuc vellet mutuans pacifici de periculo . Tract. 14. cap. 3. nu. 88. Potest mutuans premium a mutuario exigere

ob assecurationem fortis in se suscepit ; si premium justum sit , attenta rei qualitate , & estimatione periculi : ut si navigaturo , vel ad nundinas itero pecunias mutuas , merces vendas , earumque periculum in te suscipias , ita quod si pereant , tibi pereant : Nequit tamen sine labore labi mutuans , ex vi mutui , etiam si id fieret iusto pretio . n.91.92.

155. Contraeras societas est duorum , vel plurium conuersio facta ob commitem suum . Et ubiorum quecum . Tunc societas intus cum plures convenient five pecunias , five mercibus , five operis , ita quod unusquisque fiat particeps lucri , vel detrimenti pro rata fortis sua : qui contractus , ut licet fiat , non debet esse fecurum capitale aliquo ex focis . Societas 1. potest esse omnium bonorum , ex quoquinque capite allicui , ex locis obvenientiam , & quoquinque modo iusto , & honesto acquisitorum ; & haec amplius non est in aliis , nisi inter maritum , & uxorem , quod bona non vinculata , nec dotta , aut parafernalia . Secundo modo in aliquo certo genere negotiationis ad commune lucrum , quod duplicit fieri potest : 1. quando plures unum cumulum fuerum pecuniarum , & mercium congeruntur , communisque habent ministros , operas , & expensas : 2. cum unus focus ponit pecunias , alter vero operas , & industrias tantum , vel etiam cum industria aliquam pecuniae partem . Omnis hac societas licita est , servatis tamen sequentibus conditionibus : Prima conditio est quod qui pecuniam ponit , ejus etiam periculum subeat . Secunda quod ars , vel negotiatio licita sit : Tertia quod æquitas servetur in omnibus ; ita ut quo plus pecuniae , five operæ quis possit , plus habeat de lucro juxta prudentiam iudicium : Quarta quod pecunia tributatur negotiatiuro , aliter effet mutuam non societas : Quinta quod qui ponit pecuniam subit non solum periculo perdendi pecuniam , sed etiam usum eius negotiorum ;